

Fabula Aeliae: Unit 5

5.1. Aelia de Paeto Cognoscit

Post XIV natales, non longe ante mortem matris, parentes mihi locuti sunt: “Aelia, cara filia, coniungem tibi diu petebamus, et nunc virum dignum et plenum virtutis invenimus. Volumus te in matrimonium duci a Gaio Mario Paeto, quem tibi optavimus.” Quoniam mater mortua est atque iam uxor fiam, nunc haec quaero: Quis est hic Paetus? Et cur parentes eum optaverunt? Pater Paeti est socius patris mei qui saepe apud nos cenat. Itaque dum viri cenabant, ego me condo post murum a tergo ac sermonem illorum audio. Haec inveni: Paetus ipse equestri loco natus est. Legatus legionis est in Mauritaniā Tingitanā non procul ab imperii fine quo pax cum populo montium facta est. Mox ille mare nave ad nostrum litus transibit, relinquens copias in illā regione. Nam se conferet ad rem publicam. Tunc poterit me, cuius pater est procurator, in matrimonium ducere.

5.1 Nota

XIV: fourteen

natalis, -is m. - birthday

matrimonium, -i n. - marriage

ceno (1) - to dine, eat dinner

equester, equestris, equestre - Belonging to the order of knights, equestrian

Mauritania Tingitana, -ae f.a Roman province located in North Africa where northern Morocco is today. ill

ad rem publicam: “the public good,” i.e. a political career

procurator, procuratoris m. - procurator, provincial governor

5.2. Paetus Consilium cum Hostibus Facit

Haec tota fama de Paeto quoque ad me a Melissā relata est. Gaius Marius Paetus, eques fortis, qui arma contra hostes fert, copias Romanas in bello bene ducit. Itaque imperium magnum illi traditum est. Iam est legatus legionis in Mauretaniā Tingintanā quae ad finem imperii Romani prope mare Ibericum posita est. Hīc multos annos ante Juba II, rex Numidarum, quoque Mauros, populum fortem, regebat. Sed diu Mauri semper regi noluerunt. Etiam nunc, Idem Romanos in proeliis petunt et copias in eos mittunt. Alii sunt socii populi

Romani, at alii hostes. Isti saepe insidiis utebantur et contra milites Romanos arma inferre audebant. Paetus vocavit ad consilium quosquam principes Maurorum in montibus viventes, qui pacem cum Romanis ponere voluerunt. Post consilium pax cum illis facta est ac vota Iovi reddita sunt. Deinde Paetus iter longum incipiens, litora Carthaginiis petebat.

5.2 Nota

Ibericus, -a, -um - Spanish. Ibericum Mare was the Roman name for the sea between north Africa and Spain.

Numidae, -arum f. pl. - the Numidians, a people of Northern Africa, between Mauritania and the territory of Carthage.

Mauri, ōrum, m. pl. - the Moors, Mauritians, the inhabitants of Mauritania

insidiae, -arum f. pl. - plot, treachery, ambush

Iuppiter, Iovis m. - Jupiter (god of oaths)

5.3. Aelia Alium Amat

Quamquam Paetus a patre laudabatur, ego illum non amo. Hoc tempore ardeo amore pueri cui nomen Marcus est. Cum canimus unā carmina Vergilii, trahor valide ad illam reginam pulchram quae post coniugis mortem alterum virum amare ausa est. Illa mihi videtur dea; nam condidit rexitque tantam urbem (hanc ipsam!). Marcus autem trahitur ad pium Aeneam qui gentem Romanam condidit. Multas tamen lacrimas damus cum Dido ipsa, graviter laedens se, finem vitae facit. Mota his carminibus facio aliquos versiculos similes illis a Sulpiciā scriptis. Cura famae et meus pudor me retinent. Itaque do celeriter ad flammas carmina levia, quae a nullo legi debet, et sic meum amorem tego. Sed hodie ego Melissam haec pauca verba ad meum amorem afferre iussi. Cur erro? Alterum amo ego ipsa; alterum mavult pater. Duram Fortunam!

5.3 Nota

ardeo, ardēre, arsi, arsum - to burn

amore pueri: "love for a boy" ([objective genitive](#))

unā - adv. - together, at the same time, at once (from *unus*, -a, -um)

regina, -ae f. - queen

versiculus, -i m. - little verse (the diminutive form of *versus*)

Sulpicia, -ae f. - Sulpicia was an aristocratic Roman woman who composed poetry during the reign of Augustus (27 BCE - 14 CE). Adapted selections from her poems can be found in the [Unit 5 Litterae](#).

pudor, -oris m. - modesty

retineo, -tinere, -tinui, -tentum - to hold back (*re • teneo*)

Duram Fortunam: the accusative case is used for exclamations

5.4. Aelia et Marcus ad Sepulcrum Conveniunt.

Non licet mihi meum amorem sine custode videre, procedo tamen nunc rursus ad sepulcrum quo cineres matris meae positi sunt; nam dixi Marco, “hoc nocte adi ad illum locum.” Non autem est primum tempus quo eum solum vidi. Pridie convenimus in foro: postquam salutem ei breviter dixeram, inde domum redii, quia non decet ulli puellae in sermonem hominum venire. Alio tempore nos convenimus supra muros urbis ad sepulcros; ibi sepulcrum aviae meae non est procul a sepulcro fratris eius. Illā nocte longum tempus soli egimus, sub caelo nigro noctis... Ecce autem Marcum ipsum video! Deinde voce clarā ad eum voco:

A. “Marce, salve!”

M. “Salve, Aelia, quid agis?”

A. “Valeo. Tantum tempus! Mihi placet te rursus videre.”

M. “Et mihi, Aelia, multum. Sed non possum tecum manere. Pater meus mox aderit. Habesne aliquid mihi dicere vis?”

A. “Ita vero! Nec licet mihi hīc longe manere; mox autem adibo ad ludos datos die natali Getae, novi filii Septimii Severi imperatoris. Volo ibi te videre.”

M. “Certe! Adero ad ludos laete! Te amo. Vale, mea cara.”

A. “Vale mea vita; tibi bene volo.”

5.4 Nota

custos, custodis m. - guardian

cinis, cineris m. - ashes, embers; ashes of the dead

salutem alicui dicere: “to say hello to someone”

in sermonem hominum venire: “to become the subject of gossip”

avia, -ae f. - grandmother

Ecce - Look!

ludi, -orum m. - public games

die natali: "on the birthday"

Geta, -ae m. - Geta (son of Septimius Severus)

[Septimius Severus](#) (r. 193 - 211 CE) was the first Roman emperor from Africa

imperātor, -ōris m. - emperor, commander